

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

quam Germanam et uterinam sororem Agnetem,
neque hac rursus alium quam propriam filiam Al-
berto nuptam. Sicut igitur ad Hermannum V. Badensem
cum uxore Gertrude Austria pervenerat, sic ad Alber-
tum cum uxore Elisabetha Frederici ultimi Austria
Ducis ex sorore nepte.

Conradini vero Sueviam s. ut scribit quidam Chrono-
graphus: s. iidem Halpsurgici exsules, Duces Tecken-
ses, Marchiones ab Hochberg, et comites Wurtembergij
sanguinem communem pradam inter se partiti sunt,
pars etiam Henrico Dapifero a Waldburg ministeriali
Conradini, qui annulum ejus signatorium ad Petrum
Arragonis Regem detulerat, unacum ipsius Ducum
Suevia insignibus obligit. Nunc omnia Austria
ad Badenses me refero.

Cap. XXVII.

De Rudolpho I. Marchione Badensi.

Statim a morte patris Hermannii IV. Rudolphus unacum
fratre Hermanno V. regimen capessivit, quod insigni
contra hostes suos victoria feliciter auspiciati sunt.
Nam ex Backwangensis monasterij fastis hac exscri-
pta reperio. Dies iste ab inveterata observantia
seu consuetudine festiviori cultu celebratur ob me-
moriam victoriosi triumphii ab Hermanno fratreque
suo

suo Rudolpho Ecclesia nostra reparatoribus hoc die
 gloriose quondam obtenti; cum namque anno a Nat.
 Domini millesimo, centesimo, decimo sexto, tempore
 Paschalis Papae II. ab Hermanno Marchione Badensi di-
 vinitus aspirato in villa sua Bacherang pia devotione
 fundatum esset monasterium Ordinis S. Augustini ac
 in honorem Dei, gloriosaeque Virginis Mariae, nec non
 S. Augustini, praecipue autem S. Pancratij Martyris,
 laudem et gloriam perennem dicatum. Deinde vero
 an. 1134. a filio suo juniore Hermanno, tam virtu-
 tum quam rerum nobili Successore s. Lothario, qui
 S. Bernardi Abbatis consortio plurimum delectaba-
 tur, Romanorum fascis tenente: / ampliori dona-
 tione fuisse dotatum, posteaque ab eodem an. 1145.
 paterna foundationis atque dotationis primaria traditio
 in perpetuam subsistentiam pro parte Sigifrido Episcopo
 Spirensi confirmata foret. Multis abhinc calami-
 talibus monasterium ipsum vexatum exhibit, et a
 sacrilegis Tyrannis nefandis ausibus misere inva-
 sum: specialiter autem circa an. Dni 1296. prin-
 cipante Hermanno hujus nominis postfundatorem
 tertio, hoc idem Monnium ab irruentibus crudelibus
 devastatum est, et fere totum collapsum atque ab-
 sumptum, ita ut factiosi hujusmodi omnis humani-
 tatis seu pietatis expertes seorsum inmanitate, etiam
 in Religionis ipsius patres et Canonicos grassarentur,
 plurimos eorundem unacum Ecclesiae proposito hor-
 ribiliter

ribiliter trucidantes. Mortuo autem posthac Hermannus jam dicto an. 1143. dum superstitem pupillarum Hermannii et Rudolphi fratrum, patrii fines hostilibus invasionibus seu incursum impetrentur, nonnullaq; oppida et villa intra districtum Marchionatus ignibus et gladiis latrocinando profligarentur, depopularenturque, ipsi tandem hodierno die campestri bello viriliter decedentes, expugnantes hostes devincendo gloriose captivarunt, haud dubie intercessione Ephebi scilicet invictissimi Martyris S. Pancratij, militis Romani sanguine propagati, cujus implorato suffragio praeliantes votum voverunt, sub nomine et honore perenni diruptum hoc et desolatum monasterium sepe innovando reparaturos. In hujus itaq; celebrem memoriam mentibus etiam posterorum nullatenus evanescentem, dicitur solenniore officio agitur pro laude Dei et gratiarum actione, qui praestita sua virtute imanes paternorum promissorum hostes stravit et jaentis monasterij culmina pro honore S. Pancratij denuo asurgere et erigi fecit.

Exstat Bulla Innocentij IV. data Lugduni a^{no} Pontificatus sui secundo, id est. C. 1145. qua excommunicationem ab Ep^o Spirensi in eos latam, qui monasterium istud incendierant, autoritate apostolica ratam habet, nimirum in nobiles viros Nisartum et quosdam alios Comites, Barones et milites

ac alios laicos Spirensis, Augustana et Constantiensis
Diocesis.

179.

De illa Ecclesia Braggenacensi circa hac tempora bene
meriti sunt Ruggerus de Stockhem miles et Fridericus
nobilis de Denvelt, quorum extant litera data an.
1201. et 1242. et nominantur ibi testes, a priore
quidem Berchtoldus Comes de Bilisstein, Erckengenus,
Cunradus, Zeisolfus de Magenheim, Hageno de Dal-
hem, Berengerus cognomento Schatzelin &c. ab
altero Hermannus marchio de Baden, Albertus de
Stierstale, A. de Lücktenstein, B. de Rodern et
frater suus &c.

Nobilissima pariter et piensissima Jrmengardis
Vidua Hermanni IV. a morte mariti recessum medi-
tabatur a tumultibus aulicis ad sanctius otium, et
eam in rem locum sibi designaverat pro haud procul
Badena, ubi monasterium extrueret pro virginibus
illustri loco natis quibus animus est pro Sponso
caelesti terrena connubia spernere. Hac sua cogi-
tata postquam delevit filiis Hermanno et Rudolpho,
hi magnopere probavere et largissima manu de-
cimas censuras, et praedia matri donavere, ut opus
meditatum perficeret. Stetit ergo intra annos pau-
cos inclitum canobium lucida vallis. Hoc enim illi
nomen imponere placuit Fundatrici, quia non alia
quam qua Clara vallis Sanctissimus abbas Bernar-
dus religiosae vivendi praecpta et instituta tradiderat,

isthuc observare volebat; nec fuit sine omine no-
 men, quando virtutum et sanctimonia plurima
 luce caput illico locus inclarescere, et hoc nostrorum ^{quorum} duo
 pro ceteris s: non verebor dicere totius Germaniae
 superioris: / Virginum canobus effulgere et com-
 stare pergit singulari divini Numinis tutela gravif-
 simos inter Turbines ita custoditum, ut non modo
 non extinguere tur, sed ne quidem numerus isthic Pal-
 lentium, ac divinas laudes noctu et interdum decan-
 tantium Virginum decresceret, quarum vix unquam
 pauciores fuere quam triginta, etiam furensissimo
 illo bello Suecico durante, ejus ab injuriis neuti-
 quam immunes, sed rapinis et direptionibus quan-
 toque vexata, Claustro etiam subinde, non tamen
 nisi ad paucos dies exturbata, subsistentibus pro-
 cellis suo se muneri illico reddiderunt; ac dum
 tot alia loca silerent, istud jugi Psalmodia pers-
 nunt, post pacem vero redditam Tricenarius numero
 non contenta plures caeteri aggregarunt, ut Vallis
 dudum lucida plurium concursu radiorum lucidior
 fiat, illustreturque magis. Hoc igitur piissima
 Imengardis opus, quo anno ceptum sit, sequentes
 versus ad ejus sepulchrum in pariete a poeta tali,
 quales superiora secula tulerunt, exarati docent

Annis inventis XLV mille ducentis
 Alma palatina fundavit laude supina

Tunc Irmengardis hoc claustrum lucida vallis
Luceat per mores, virtutes, res et honores.

Ex Annalibus MS. monasterij hujus libet hic pauca
excerpere: Anno Dom. Incarn. 1245. Irmengardis
relicta Hermannii Marchionis de Baden, Soror Ducissa
Bavaria secundum Paulum maleus sic permanendo bea-
tior fieri, quam alteri nubere, veri Alamonis filia,
quod antea diu conceperat, volens effectui mancipare,
videlicet domum in honorem Nominis Domini adifi-
cando primum hunc locum adificiis capit occupari,
et de domo Walden, Cisterc. Ord. florente religione
causa devotionis et regularis disciplina Sanctimo-
niales quosdam ad hunc locum vocavit, quibusdam
aliis in hoc ipso loco: provocante Dei amore et
timore: novitiatis, et nomen Domini, quantum po-
tuit, studuit exaltari.

Anno Dni 1246. Domus hac benedictionem Domini
in temporalibus adepta capit florere virtutibus, per-
sonis inibi commorantibus, de virtute in virtutem
cuntibus &c.

Anno 1247. Irmengardis Marchionissa cum duobus
filiis suis Marchionibus scil. Hermanno et Rudolpho,
Tradinda femina religiosa de Walden assumpta et
in primam Abbatissam hujus loci creata, ad Capi-
tulum generale Cisterc. Ord. pro incorporatione Domus
litteras direxit &c.

Anno 1248. constructa et perfecta orientali parte
 Claustrum primum inhabitari cepit haec domus a Re-
 ligiosis ac venerabilibus sanctimonialibus, fuit
 enim earum habitatio prius foris in Sugurio lignea
 et humili. Eod. anno incorporata est haec domus Or-
 dini Cisterciensi et commendata Abbati Novi Castri.

Eodem anno dedicatum est majus Altare à Dño Henri-
 co Argentinenſi Ep̄o, dicto de Stabelesse: eisd. die De-
 dicationis Hermannus Marchio de Baden exhumatus
 de loco, quo jacebat, sepultus est in Choro ante altare.

Ita in primam Canonici dotationem contulerunt an-
 te Marchiones: his Donationis tabulis recensentur:

In nomine Patris et Filij, et Spiritus sancti. amen.
 Hermannus et Rudolphus fratres, Dei gratia Marchio-
 nes de Baden, Spirensis Diocesis, Universis, ad quos
 praesens Cedula pervenerit, Salutem in Christo Jesu.
 Quod humanae voluntates ex diversis causis plerumque
 variantur, opera pretium est, ut ea, quae ad laudem
 et honorem omnipotentis DEI deputantur, tam li-
 berali cautione, quam privilegiorum munimine
 fulciantur. Noverint igitur tam praesentes quam
 futuri, quod cum Princeps illustris Hermannus pa-
 ter noster Marchio de Baden divina ordinante
 providentia viam universae carnis esset ingressus,
 et ejus relicta Ermengardis Domina et Mater no-
 stra, saniori usa consilio, ob remedium animae di-
 cti Marchionis, et remissione peccatorum dictae Er-
 mengardis

183.
mengardis, nostrique memoriam in posterum cele-
brandam apud Düere prope Baden edificare cepis-
set Claustrum Dominarum, nec ad ipsius operis con-
sumationem, nec personarum ibidem Domino seruien-
tium ejus suppetere facultates, nos usi consilio
salubri hac bona, videlicet jura Patronatus Ecclē-
siarum in Etlingen et Baden s: id est tertia pars
decimarum, qua nobis cadit in Ußzheimb, villas
Winden et Düeren, cum omnibus attinentiis, duas
Curias in Ofse, et unam in Eberstein, duodecim
libras Argentinenfis monetae de Censibus nostris
in Selsen solito persolvendis, in dictam Matrem
nostram transferimus, nostra libertate possidenda,
plenam dantes ei potestatem, ut eadem bona ad
usum dicti monasterij sine difficultate cuiuslibet
et contradictione &c. Et testes hujus rei sunt discre-
ti Praepositus Omnium Sanctorum Argent. Diöceseos,
Plebani in Etlingen, et in Winstheim, scilicet Si-
gismundus et Wenzelo, Conradus Notarius noster,
Albertus miles de Liebenstein, Burkardus et Henri-
cus Rodarij Ibere, Sigismundus et Rudolphus Da-
piferi nostri, Erlewinus Schultetus de Hozheimb,
et Cuno miles. Ut autem praenotate robur obti-
neat firmitatis, presentes Litteras, sigillo Patris
nostri munitas, cum adhuc propria n̄ habeamus,
Sigilla dilecta Domine nostra, et matri damus
reservandas; Acta sunt haec año Dñi 1745.
mense Martio.

Donatio porro ab Imengardi Marchionissa
 de Baden omnibus presentibus Scriptum intuenti-
 bus, subscriptis fidem et favorem, adhibere, ordi-
 natum feliciter, et prudenti consilio Testamen-
 tum perseverat immobile, si Litterarum fuerit
 et multorum auctoritate firmatum, Sciant
 ergo presentes et posteri, quod nos in remissio-
 nem peccatorum nostrorum, et Omnipotentis Dei
 misericordiam consequendam, ad laudem et hono-
 rem sua gloriose Matris V. Mariae, et omnium
 Sanctorum suorum, novella Plantationi Sancti-
 monialium in lucida Valle apud Baden Ord. Cist.
 Spirens. Dioc. a nobis fundata jura Patronatus
 Ecclesiarum in Eblingen et in Baden, decimam
 apud Iffzheimb &c. a filiis Hermano et Ru-
 dolpho nobis collata pia devotione contulimus
 perpetuo possidenda, in huius rei certam Evi-
 dentiam, et robur perpetuum, contulimus pre-
 sentis Scriptum dicto Conventui sigilli nostri
 munimine roboratum, Huius rei testes sunt, H.
 Argentin. Epus de Selta, de Schwarzache, de
 Neuburg, de Alba, de Brumbach Abbates, et
 Prior Neuburgensis, Comes de Württemberg, Otto
 Comes de Eberstein, et alij quamplures, tam Cle-
 rici quam Laici. Acta sunt haec anno Domini
 1248. III. Nov. Novemb. die videl. Consecrationis
 jam dicti Monasterij, qui est 8. dies Novemb.
 Quod Fundatrix non sua tantum, sed se quoque

DEO obtulerit, et sedem in ipso Canobio fixerit, 185.
ex litteris a^o 1253. datis colligimus, quaru^m ini-
tium est: Ego Rheinhardus miles dictus Chime,
universis Christi fidelibus notum facio per pra-
sentes, quod ego de pari consensu legitime Conju-
gis meae dictae Usihild, bonaeq; voluntate ad peti-
tionem Reverenda Domina Marchionissa matris
Dⁿⁱ R. Dei gratia Marchionis de Baden senioris
bona mea in Caisbach cambiando sive comutando
pro bonis Dominarum Lucida Vallis, sitis in
Sneckenbach tradidi possidenda &c.

Quod Reverenda Domina hic appellatur, indi-
cio est, intra septa Mon^{ij} hunc vixisse Irmen-
garden. Vixit autem ad annu^m usq; 1258. De ejus
obitu in Necrologio suo haec adnotarunt Sancti-
moniales: V. Cal. Martij Ob. Irmengardis Mar-
chionissa fundatrix: Sepulta est ad pedem Ara
principis, et Epitaphium illic nullum habet, sed ob-
longa solummodo Crux incisa lapidi, ad latus autem
templi seu Chori, Coenotaphium ei positum est
magnificum et elegans, mensa in modum quatuor
suppedaneis imposita, supra quam ipsius effigies
sculpta cernitur.

Rudolphus post fratris discesum in Austriam, ac
brevis deinde subsequuta mortem, solus rerum po-
tebatur in Marchia, inde ab a^o 1219. cujus
antequam alias res gestas attingam, pietatem
prius et beneficentiam erga personas Deo sacra-
tas prosequar. De Virginibus imprimis novo

in aſteterio congregatis bene mereri non deſſi-
 ſit, bonis earum privilegia, et immunitates con-
 ceſſit, datis eade re litteris in Caſtro Baden men-
 ſe Majo 1257. vivente tunc adhuc matre, qua
 defuncta aliud diploma confeſcit, quod hic meretur
 inferi: Rudolphus Dei gratia Marchio de Baden,
 omnibus hoc ſcriptum intuentibus geſte rei no-
 titiam, atq; fidem; Cum in officiis Charitatis illis
 primo loco ſencamur obnoxij, a quibus nos co-
 gnoſcimus ſecundum carnis propaginem deſendiſſe,
 ſeu etiam a quibus ſentimus, nobis beneficia
 proveniſſe, dignum duximus, ea memoria
 comendanda, ſane volentes ex hoc ſam ſtati
 qua nunc eſt, quam poſteritati futura lucide
 declarari, quod cum nos exequi bona memoria
 Genitricis noſtrae Irmengardis contingeret inter-
 eſſe ad Monasterium lucida Vallis, quod ipſa pura
 charitate conſtruxerat, et dotaverat, de multiro-
 dio patrimonij ſui bonis ꝑ noſtro ſamen in his au-
 dente conſenſu ꝑ ſedula meditatione recogitavimꝑ,
 aliquid in his ſuperaddere, quod noſtram et ipſius
 pia matris ſalutem videatur augere, et ideo
 Civitatem noſtram ſitam prope Eccleſiam in ſupe-
 riori Simerheim Argent. Dioc. quam inhabitat
 Bertholdus dictus Kyſerich, cum ipſius pertinentiis

universis donavimus et assignavimus in perpetua 187.
Elemosynam dicto Monasterio lucida vallis sub ea
protestatione, quod Abbatissa et Conventus ejusdem
loci sex in anno videlicet in Anniversario genitoris
nostri Hermannii Marchionis de Baden fel. record.
item in Anniversario pia rememorationis fratris
nostri Hermannii Ducis Austria faciant Conventus
specialem consolationem pro remediis earundem ani-
marum: Praeterea Census ad Summam 14. Uncia-
rum Argintinensis moneta, quos habuimus in
Feimersberch in parochia Baden liberaliter dona-
vimus eidem Canobis donatione inter vivos, et
deputavimus ad hoc, ut Conventus ejusdem loci
Lampadem indefinenter ardentem diu noctuq, juxta
Lumbam dictorum Patris et Matris nostrae, debeat
cum pervigili ministrare. Ad hujus igitur rei
perpetuam certitudinem praesentem Litteram sigillo
nostro facimus communiri. Datum apud Baden
 prid. Cal. Martij Anno Dni millesimo, ducentesimo
Sexagesimo. Ex alio ejusdem Principis Diplomate
initium, et finem huc transferibere visum est,
ob causas, quae mox patebunt:

Nos Rudolphus Dei gratia Marchio Veronensis
Dnus de Baden, tenore praesentium profitemur
et constare volumus universis praesentibus et fu-
turis, quod nos accedente consensu Hermannii,
Rudolphi, Hesperonis et Rudolphi, filiorum et here-
dum nostrorum medietatem Decima in oppido

188.

Ellingen, qua à retro actis temporibus nobis
 et nostris Progenitoribus attinebat, et compe-
 tere videbatur, in personas religiosas, Abbatissam
 videl. et Conventum Sanctimonialium Cuiusda
 Vallis Ord. Cist. Spirensis Dioc. ob devotionem, quã
 ad Ordinem habemus, transtulimus bona et libe-
 ra voluntate &c. Testes Conradus et Rudolphus
 fratres nobiles de Hoserwag, Alzeinhardus Rimo
 de Baden, Dietherus Godaricus &c. et ut hæc ro-
 bur habeant firmitatis, sigilla nostrum videlicet
 Socris nostri Dñi Ottonis senioris de Eberstein &c.
 presentibus sunt appensa. Datum et Actum in
 Oppido Besenkeim a^o Dñi 1777. Idus Aprilis.
 Habes hic filios Rudolphi et Socrum, ac præte-
 rea expressum Titulum Marchionis Veronensis,
 quo licet non semper usus fuerit, tamen eo non
 penitus abstinuit, imo a sigillo suo nunquam
 abesse passus est, quod rudi opere sicut ea ferebant
 tempora: confectum erat ista magnitudine et
 forma, quam hic subijcio.



189.
Eius paulo ante mortem in idem Virginum Ca-
nobium beneficia contulit, litteris patrio idioma-
te conscriptis, et hoc etiam sigillo signatis firmata
sunt: ut verò appareat, quam fuerit de divino
cultu promovendo sollicitus, etiam ex istis aliqua
hic opponam.

Wiss Rudolph von Botten zu Ehren des alten
Marggrafen von Baden, Herrn Rüdiger Gernert,
dasz ihm mit guter Bewahrung, und mit
guter Rath Musson Heil das Jahrbuch zu
Weinberg eingezogen, und geben zu dem
Kloster zu Sünnen, und selbst zu einem
Viel gemacht. In dem Jahr des Botten, Herr von
den Frauen Sancta Maria etc., und Herr
Herr von Baden willan, also das man in
Egallan selbst auch mit dem alten
und das in dem Jahr des Botten, Herr von
Sollan dem Maß singen oder sprechen zu
sagen Herrn Botten, und Herr von S.
Maria zu Lob und Ehren des Musson Meis-
ter: Von dem Monarchen Jahrbuch
soll man dem christlichen Geistlichen Herzog
und in gewöhnlichen Notizen nachsehen
aufmerksam sein, und was in dem
wird von dem Monarchen Jahrbuch,
damit soll man in Egallan besorgen,

und auf das Rothschiff; Was haben
 auch Huppen Hoff zu Fünfzigern, und die
 Zerstört Palladus mit allen künften begeben
 man und eben, und was die eum sitzen,
 also was ich bissero gehabt haben an
 die Hugenotischen Zogellan, also das man
 den dem Hoff, und den dem gult dem
 nicht machen soll, die Tag und was benun,
 sollen des den dem Altiern, und was das
 an groffnat, die den soll man Nutzen
 auf die Altiern machen; die bishet an S.
 Simonis und S. Judas abend, die den Hoff,
 das gebiet totum frocht Gernot Jests und
 recht und christig Jests; Gernot und Hoff
 Gernot den dem, und die Christen, und
 den Hofle Sanct Wilhelms den dem, Gernot
 den dem Lemerheimb, Gernot Gernot S. Hoff
 Gernot den Hofle den Gernot, Gernot
 Rolbe, Gernot Hoff den dem Wittes, Lourd
 den dem Hoffen zu Hoff.

Eodem die et iisdem testibus presentibus donavit
 Abbatisse et conventui pagum Geroldsw cum
 omnibus pertinentiis, et quia de re similis te-
 noris extant littere idioma germanico.
 Neque vero uni duntaxat loco tam benevole ad-

191.
dictus fuit hic Princeps, ad alia se quoque extendit
ejus liberalitas, nam et in Gottsaugiersi Clu-
niacensis hunc disciplina monasterio pietatis sua
vestigia impressit; Constat hoc ex sequentibus
litteris. Nos Rudolphus D. G. Marchio de
Baden, considerantes, quod res mundana cum mun-
do transcunt, nec coronam possunt reddere, quam
promittunt; igitur constare volumus presentium in-
spectoribus universis, quod Nos divina gratia
aspirante, ad laudem Dei et Matris nostri Salva-
toris Lampadem in sacrosancto Cœnobio Godougen-
si Ord. S. Benedicti, ante Altare B. V. illibata lu-
cere statuimus, in remissionem omnium nostrorum
peccaminum ac etiam nostrorum progenitorum,
ut videl. Lampadis splendor diem atque noctem
illuminet in omnes horas, et ad hujus luminis
impetrationem dicto Cœnobio duo talenta Hal-
lensium de villa nostra novali, sive Neureüth
annis singulis dari statuimus, de nostris Cœnsi-
bus ville dicta &c. Confitemur etiam in his
Scriptis, nos legasse ad Subsidiium Dominorum
et ad laudem Virginis Dei Matris minutam De-
cimam ville nostre Linspachheim in oēs annos
eorum usibus profuturam; Ne autem Dominis
aut Cœnobio sepedicto de nostris Successoribus
aliqua calumnia possit impostero suboriri,
presentem Cedula[m] signavimus, et eam habere

192. nostri sigilli fecimus firmitatem. Acta
sunt a^o Domini MCCLXX: secundo, in Castro
Grecingen Fer. 4. festo quatuor temporum circa
festum S. Ap^li Mathaei.

Biennio post Imunitatem quibusdam ejus Canobij
bonis concessisse legitur, et scripto firmasse, cujus
initium est: Nos Rudolphus D. G. Marchio de Baden,
Universis Christi fidelibus praesentium inspectores
salutem in Domino Jesu Christo, et credere subnotatis;
Cum Ecclesia Godesaugiensis Ord. S. Benedicti, quam
semper pio vultu amplectimur et honore a nostris
progenitoribus, et a nobis hactenus secura consistit
et defensa, sic praestante Domino fruenda per nos et
per nostros Successores feliciter perdurabit. Hinc
Nos, et nostra Conlectalis D. G. Marchionissa divina
monitu, et bonorum virorum consilio informati,
ob laudem Dei nostri Creatoris, ejusq; pia matris
Mariae Virginis illibatae, nec non ob remedium animae
nostrae, omniumq; parentum nostrorum, nostris ha-
redibus, faventibus universis bona et integra vo-
luntate super duabus Curias suis in villa nostra
Burthan sitis, quas utiq; Curias illustres Comes
Mezelo et Henricus miles, viri boni in Domino
mortui memorata Ecclesia legasse et Dominis
ibidem Deo famulantibus memorantur, gratiam
perpetuo decrevimus facere specialem &c. Datum
et actum in Castro nostro Grecingen a^o Domini
MCCLXXIII. 13. Cal. Febr.

In gratiam Equestris Nobilitatis ex alio quodam
 Rudolphi Marchionis Scripto Canobium Goshaugiense
 concernente, testes solummodo hic exseribo, suntque hi:
 Berchtoldus de Wisenstein, Henricus de Rosewag,
 Dietherus Rodarius, Cunradus de Smalenstein, Ge-
 roldus de Hoiienstein, Conradus Letherus de Ingers-
 heim, Ludovicus de Schip, Henricus de Buch, Sige-
 fridus junior de Ripua, Wolfgangus de Wisache, Bur-
 chart Sturmvedre, Hildebrandus de Hovenheim,
 Rigerus Schobeling, milites, Craphto de Simontsheim,
 Hivichardus et Fridericus fratres Rodarij, Cunradus
 Marscallus de Schönore, Albertus Marscallus de
 Helfenbere, Albertus de Norkheim, Eberhardus de
 Grecingen frater Cunradi militis de Smalenstein,
 Wernherus et Eberhardus de Staphen.

Colligere hinc licet, Aulam Rudolphi Marchionis
 a nobilibus valde fuisse frequentatam.

Schwarzacense Canobium hunc Principem inter
 suos quoque benefactores connumerat, extant enim
 haec littera: Sciant cuncti, quos scire fuerit opportu-
 num, quod Nos Rudolphus D. G. Marchio senior de
 Baden pro nobis et nostris heredibus universis sive
 Successoribus vineam dictam in In. Haisrubach,
 in villa et banno Alswiler sitam, cuius ius proprie-
 tatis ad nos spectabat, Viris religiosis, et in Christo
 dilecto Abbati et Conventui Monasterij in Suarjach
 Tradimus, conferimus, et assignamus, iure proprie-
 tatis &c. Datum in Eberstein a^{no} D. MCCLXXXVIII.

Sabbatho post Nativitatem Beatissima V. Mariae
 Extat item sequens diploma:

Rudolphus Dei gratia Marchio senior de Baden
 dilectis et fidelibus suis militibus, Scultetis, Ad-
 vocatis, ceterisque Officiariis, ac omnibus hominibus
 suis presentis pagine inspectoribus, et tenorisejus-
 dem Auditoribus gratiam suam et omne bonum.

Cum antecessores nostri felic. record. magna et specia-
 li dilectione Ecclesiam S. Petri in Schwarzbach sem-
 per fuerint complexi, nos ipsorum vestigia in hoc
 imitari volentes, et Omnipotentis Dei et S. Petri
 Reverentiam, et remunerationem, scire nos volumus
 singulos et universos, quod nos Ecclesiam S. Petri
 in Schwarzbach antedictam, et Abbatem et Dominos
 ejusdem Canonij et nuntios eorundem per totam
 Terram nostram sub nostra recipimus protectione
 et conductu, volentes ipsos sub alia nostra pro-
 tectionis et defensionis existere securos &c.

Actum et datum anno Dom. MCCXXXVIII. Cal. Maij.

Vidimus in isto Principe fuisse teneram quandam
 ac singularem Devotionem erga Augustissimam
 Deiparam, cui ut diversis in locis honos exhibere-
 tur diligenter procurabat, inde factum, ut etiam
 ad viam Regiam duobus ab Ellinga miliaribus
 in campo patenti Sacellum ejusdem Divae honori
 construxerit, qui locus vulgo Bickenheim appel-
 latur, Georgij Statuam in ara collocandam

195.
curarit et viatoribus, qui illac frequentissimi
transeunt, venerationi et salutationi, quod
ab Archangelo edocti sumus, assidue salutaretur,
quod obsequium Rudolphi Marchionis, ejusque Con-
jugis Cunequnda Ebersteinis: quorum insignia
amborum columna insculpta illic cernuntur: /
caelesti Imperatrici gratissimum fuisse ipsam, et
per annos jam quadringentos testatum facit mi-
raculis assiduis, et beneficentia in homines effic
ad se recurrentes, quorum affluxus tantus fuit, ut
Rudolphi posteros adegerit, adem sacram aliquot
millium hominum capacem ibidem exstruere, et
veteri sacello adnectere, et sane miraculo non
vacat servatum tot inter bellorum turbines ad
nostra usque tempora mediis in campis omni huma-
na defensione destitutum sacellum, ita ut milibus
grasantium nequissimorum, quod praedonum saepe
sapius fuerit hospitium, et tamen a flammis illo-
sum, et vix ulla sui parte deformatum, ipsa
adeo Deipara Imagine, quam in fenestra vitrea
caustico opere Rudolphus Marchio depingi fecit
ante annos 1100. suis subter apposis insignibus
prorsus integra, et statua miraculosa, quo sub
idem tempus sculpta fuit, similiter perdurante.
Porro solennioribus magna matris festivitatem
jam olim ad eam consalutandam et implorandam.

tantus populorum concursus factus est, ut placuerit Marchionibus Nundinas quoque et mercatum publicum sex in anno eodem in campo, ubi sacra haec aedes sita est, celebrandas permittere, sic fit, ut peregre Devotionis causa venientibus reficiendarum virium copia non desit. Sub hoc eodem Principe Rudolpho I. in Forzheimensi oppido, ubi quandoque residere solebat, res mira accidit, quam Scriptoris coevi fide dignissimi verbis gratius erit audire quam meis. Thomas Cantipratanus Vir religiosissimus ex inelyto Divi Dominici, seu fratrum Praedicatorum Ordine in Episcopum Suffraganeum Cameracensis Archiepiscopi adsumptus libro 2. miraculorum, et exemplorum memorabilium sui temporis de sanguine christiano à Judaeis fuso quadam narrat, interque alia etiam istud Cap. ejus libri undecimasimo.

Nunc quia de Judaeis mentio facta est, miraculum referam celeberrimum, quod a no presenti ab Incarnatione Christi Dni MCCIXV. factum est in villa Teutonia Forzheim nomine; Contigit autem, ut quaedam malignissima vetula Judaeis familiaris effecta puellam annorum septem orbata parentibus eis venderet occidendam, hanc igitur in Secreto super plura parva linteaminum obstructo ore ejus in omnibus fere juncturis membrorum

incisionibus vulnerarunt, maximo conamine
 sanguinem exprimentes, et in ipsis lintheamen-
 tis diligentissime receptantes. Hanc autem post
 tormenta defunctam Judaei in aquam fluidam
 prope oppidum projecerunt, et super eam lapidum
 congeriem posuerunt, tertia vero vel quarta die
 per manum erectam ad Calum à piscatoribus est
 inventa, et in oppidum deportata horrentibus et
 clamantibus populis, a Judaeis impiis tantum
 flagitium esse perpetratum; Erat autem in vicino
 Marchio de Baden, qui mox audito tanto piaculo
 pervenit ad corpus; statimque ipsum corpus erectum
 residens tetendit manus ad Principem, quasi vin-
 dictam sanguinis, vel forte misericordiam implora-
 ret; post horam vero dimidiam iterum se deposuit
 defuncti more supinum. Adductis igitur ad hoc
 spectaculum impiis Judaeis statim erupperunt om-
 nia vulnera Corporis, et in testimonium horrenda
 necis copiosum sanguinem effuderunt; Mox clamor
 vulgi ad sidera tollitur et in vindictam secleris
 fataliter animatur; ex quibusdam indicijs capta
 vetula, et convicta, maxime cum filia ejus parvula
 omnia prodiderit; quia a puero et ebrio extorque-
 tur veritas; Judaei quoque capti sunt, qui in puell-
 lam manus nefarias extenderunt, rotatique et
 suspensi sunt cum vetula, duo vero se mutuo ju-
 gularunt. Hac nobis duo fratres Ord. Prædical.

Reynerus et Agidius, sicut illi, qui in villa
fuerunt, post triduum, quo haec gesta sunt, vera-
citer retulerunt. Hucusque Antipratanus.

Nomen puella huic fuit Margaretha, cui tanquam
martyri pro Christo interempta ut debitus honor ha-
beretur, tumba lapidea in Aede D. Michaeli Arch-
angelo sacra s. quo primaria Stortheimij est, et
olim Canoniorum Collegio decorata: / aliquot pe-
dum altitudine à pavimento elevata corpuscu-
lum impositum, et locus ita adaptatus fuit, ut
cercas acensas defigere, aut lampades appendere
devota plebs comode posset, vel ut in alijs Marty-
rum Sepulchris fieri mos erat, saxo, quo locus
legitur, haec insculpta olim legebantur, et magna
ex parte adhuc comode leguntur: Margaretha
à Judaeis occisa obiit feliciter Anò D. MCLXVII.
Cal. Julij fer. VI.

De ea haec quoque annotarunt Sanctimoniales Ord.
Predicatorum Canobii Stortheimensis in suo Hagio-
logio ad diem 25. Junij: *Am 25. Junij ist S. Margaretha
die heilige Jungfrawlein Margaretha, die von
den heiligen Juden gemordet ward in
ihrem jebendigen jase, und ligt in demselben
Ort Sanct Michael begraben, die Gott be-
gabt hat mit grossen Wundern. A. 1507.
ward ihr heiliges Grab aufgethan in dem
jahren das Goeswirdigen Jarren und Martin
Bernhardinus ein Cardinal zu Rom B. Erntz*

Zu Rom, und Bischof zu St. Nicolaus, Patriarch
zu Jerusalem, Fürstlicher Legat der Fürstlichen
Nation, und ferner das berühmte Liblein noch
verständlicher mit Fürstlichen gelben Seiden, und
ferner zu den ihm nun gedenkten Zeiten, den
ihm geben hat ein Doctor Fürstlicher Ordnung ge-
wunt Doctor Thomas. Dohin das Liblein
gegangen ward, da Fürstlich das selbe Liblein
in einem: Dohin sein ein alle können: und
ist ist das eine unsterbliche und S. Joannis des
Fürstlichen.

De Cardinali Offiensi Legato à latere videtur hic
fieri mentio, erratur in eo, quod corpusculum
accidente aere in favillam reductum dicatur, nam
in hanc horam ferme totum adhuc sibi cohaeret are-
factum tantummodo instar piscis aere frigido, aut
fumo siccati, quin et digiti plerique suos ungui-
culos retinent, caput tamen se junctum est, et
nudum habet cranium: Tali modo cernere licet
Badena, quo translatum fuit 1647. dum presidio
gallico Forzena teneretur, quia illic toto jam
saeculo omni honore caruerat, et omnino mere-
batur, in eum transportari locum, ubi venera-
tioni esset.

Ut ad Rudolphum revertamur, postquam de eo,
quae rogatus gessit, et quantus fuerit pietate in
superos ac religione exposuimus breviter, etiam

quibus fuerit implicitus bellis memorandum
erit; Primam post victoriam initio Capituli hujus
descriptam, nova belli occasio fuit Cunradi IV. Re-
gis exauctoratio contra quem s: ut scribit quidam
illorum temporum Chronographus in Alsatia, cita-
tus à Guillimanno in Ep'o LVI Argentinensi: / con-
spirarunt Suevi cum Ecclesia et Rege Henrico s: Thu-
ringo in Cunradi locum electo: / Ep'us vero Argentin.
nomine Henricus de Staheleke, obsedit in Alsatia
munitiones, oppida et Castra, qua Fridericus et fi-
lius ejus possidebant, et expugnavit firmissima et no-
bilissima duo castra Mewisersheimb et Cronenburg,
Fautores vero Episcopi s: Marchiones Badenses: / expu-
gnaverunt ex altera parte Rheni nobile castrum
Malberg et castrum Hufen, et multa oppida.

Richardo Regis Angliae fratri, qui a quibusdam
Principum in Rom. Regem postulatus esset, se quoque
Marchio Rudolphus adjunxit. Extat ejus Regis diploma,
quo Steinbacum, Marchiae oppidum, jure Municipium
sive fori hebdomadarij, et libertate, privilegijsq; ijdem,
qua Triburgum Brisgoia habebat, donavit an. 1258.
Quod oppidum circa idem tempus civem sane egre-
gium aeterna memoria dignum habuit, Eum, qui
Turrim Basilie Argentinensis edificavit, quod ista
testatur Inscriptio in porta superliminari, qua sub
ipsa Turri est incisa an. Dni MCC LXXVIII. in die
B. Urbani hoc gloriosum opus inchoavit magister Er-
winus de Steinbach.

Circa annum 1260. rursus bellum fuisse vide- 207.
tur Rudolpho Marchioni cum quibusdam Suevia Co-
mitibus ac Dynastis, nam Bachnangense Canoniū fūne
iterum rapinis ac incendiis vexatum. Exlat Urbani
II. Bulla sic incipiens: Urbanus Epūs, Servus Servorum
Dei, dilectis filiis, Proposito et Magistro Diethero, Ca-
nonico Ecclesie S. Trinitatis Spirensis salutem et Apo-
stolicam benedictionem. Dilecti filii, Propositus et Ca-
pitulum Ecclesie in Bacgenach, Ord. S. Augustini
nobis conquerendo monstraverunt, quod nobiles viri
de Öttingen, de Wirtenberch et de Apperch, Comites
de Heimriet et de Ebersberch, locorum Domini, et
quidam alij laici Spirensis, Constant. et Herbipolensis
civitatum et Diöcesium, quosdam eorum boves et alia
animalia, et nonnulla alia bona ejusdem Ecclesie
eis per violentiam abstulerunt, aliqz per incendia
et rapinas eis damna gravia irrogando: ideoque
discretionis vestre per apostolica Scripta mandamus,
quatenus partibus convocatis audiatis causam, et
appellatione remota sine debito decidatis &c. Datum
apud Urbem veterem Non. Jan. Pontificatus nostri año
secundo ~~1260~~ id est Chr. an. 1263.

Anno 1264. Ulrichus comes palatinus in Tubingen
bona sua in Forch et Niderbiel Marchioni Rudolpho
cessisse legitur, superadditis ducentis argenti marcis.
num occasione belli alicujus id factum, an alia ex
causa nondum comperi.

An. 1269. post extinctum Conradinum Pforthemium
atqz Cellam ꝑ: ubi etiam salubres balnea sunt, non

procul Hirsangia: / qua oppida Suevia Duces ea-
 tenus possederant, Marchionibus obvenisse tradit
 Irenicus L. VI. Exeg. c. 108.

Interregni quoque tempore, cum Imperio caput deesset,
 et nemo non Principum tempestate tam turbida pisci-
 sui indulgendum et rem suam augendam censeret,
 Rudolphus quoque Marchio laxavit retia, et oppidula
 nonnulla, quae regij juris fuerant, sua fecit; at
 postquam Rudolpho demum Habsburgio Sceptra tradita
 sunt, is ablata reposcens, Ludovici Palatini generi
 sui opibus adjutus s. ut habet Aventinus L. 7. Annal.
 Boicor. / Suevos, Badenses, Wirtembergenses, ceterosque,
 gravatim imperata facientes, perdomitat a Rheno
 ad hercynium nemus, quae Bohemiam pro nativo
 muro ambit, universa ad obsequium redigit. Alius
 eadem de re antiquus Chronographus sic breviter:
 Anno 1276. Rex res imperij turbulenta serio consti-
 tuere adorsus primo Marchiones Badenses et alios
 Rheni Procures subegit, direpta per Interregnum
 aut alienata veris et antiquis possessionibus red-
 didit.

Idem Liber, qui inscribitur Australis Historia pars
 plenior de Gestis sub Rudolpho, Adolpho &c. A. 1276.
 Rudolphus Romanorum Rex Marchionem de
 Baden, qui contra eum rebellabat, auxilio Ludovici
 Palatini Rheni, aliorum multorum Episcopum, Mar-
 chionum, Comitum et Baronum diversarum Pro-
 vinciarum, collecto exercitu grandi, ipsi et alios
 quamplures nobiles in Suevia, Franconia, Alsatia,

qui possessiones regni violenter sibi usurpaverant,
 ac post exclusionem quondam Friderici Imp. felic. record.
 civitates diversarum regionum sibi subjugaverant,
 titulo censuali devicit ac ad pristinam jurisdictionem,
 quantum valuit, cum multis laboribus reduxit.

Henricus Mutius in Chron. L. 21. de Comite Pala-
 tino omnia alia narrat, arma nimirum conjunxisse
 cum Badensi contra legem Rudolphum: Marchio, in-
 quit, de Baden et Comes palatinus Ludovicus rebel-
 larunt Rudolpho. Ex usu eis fuisse, nullum Impe-
 ratorem habere, nam tenebant multa per Sueviam,
 Alsatiam, et utraq; Rheni ripas, et Franconiam
 orientalem, quae ad Imperium pertinebant, quae occu-
 paverant, nimirum dum Interregnum duraret.

Autor Paralipomenior Chronico Vrsberg. annexorum
 triennio anticipat hoc bellum, et ait: Rudolphus
 Habsburgius, electus in Regem Rom. an. 1273. eodem
 anno occupat Mulberg, Grezlingen, Durlach, et quid-
 quid erat Marchionis Badensis, et pacem firmat,
 quae semel firmata inter Rudolphum Regem et
 Rudolphum Marchionem deinceps inconcussa stetit.
 Cum Burchardo, Comite de Hohenberg posthac liti-
 gium fuit Marchioni. Oppidum et Praefectura
 Alenspurg in controversiam vocabatur, ne veni-
 retur ad arma, Rudolphus Imp. sua interventione
 praepedivit, qui et litem composuit an. 1288.

Idem annus Rudolpho extremus fuit, sic enim

lapidi sepulchrali, sub quo conditus est in Choro
Ecclesie Lucida vallis inscriptum lego: Anno Dni
MCCXIII. Ob. Rudolphus Marchio senior de Baden
in die S. Elisabetha.

De Coniuge diem tantum obitus ex Necrologio ejus-
dem Canobij eruiimus X. Cal. Maij. Obiit Cunegun-
dis Marchionissa; filij superstites fuerunt Hermannus
V. Rudolphus Hesso et Rudolphus dictus junior, dum
pater viveret. Filia Adelheidis Sanctimonialis
et Lucida Vallis Sexta Abbatissa, cui hoc elogium pro-
fitum

Sexta Adelheidis adest, oriunda ex stemate Celso
Heroum, Bada, quos suscipit alma Duces,
Triginta cum casta duos praesedit ad annos,
Sacris virginibus, mens pia juncta Deo est.
Rexit ab an. 1263. ad an. 1295. Ob. XVI. Cal. Sept.

De Sorore Rudolphi I. Eberhardo Wirtembergio nu-
pta extat testimonium Innocentij Pont. in Bulla
quadam ad abbatem Schuarfacensem data an. 1259.
ubi haec habentur: Cum sicut dilectus et nobis
vir comes de Wirtemberg exposuit coram nobis, dile-
cta in Christo filia, nobilis mulier Irmengardis, re-
lictæ Marchionis de Baden, socrus sua pro animo
sua remedio monasterium Lucida Vallis Cister. Or.
fundavit &c. Item in literis Capituli ruralis-
Keutlingensis vocatur Irmengardis s. nam idem cum
matre habuit nomen: Ulrici Comitis mater; sic
ille littera incipiunt: Illis Ino Inghau stou

Kirklingen, Das Samment, und gemeinlich alle 205.

Gepfarrten in denselben Kirchen anzuführen die Urf.
und alle Aupfere Nachkommen, daß Niemand im Ein-
quart, die Zeit im Jahr zuwärtig hat der Eil
von St. Blasii von Württemberg gaben hat; Die
sindt lieben Rathen und Herren daß Eil
Geoffen Eberswert von Württemberg Daul und
sindt lieben Müthen und Herren der Eil der
unangrad Geoffen von Württemberg Daul, und auf
der Tage und der Eil der Daul sindt der Eil
und sindt lieben Daul und Eil willan, daß
es noch kein erubere, kein Aupfer Gult noch
Aupfer Todt unfern solten, noch die Eil der Eil,
wem das ad das fallu soll, den ad jaglich, H. P.
H. P. ad, oder sindt der Eil, geloben sindt der Eil
und alle Aupfere Nachkommen, daß dies in dem
Sonntage nach Lohre in Mittelfestun sollyt
gegen Württemberg, und solten die Eil der Eil, und
den die Eil solten wie Vigili zu singen mit der
Eil der Eil, die da sindt und mit Aupfere Eil-
willan &c. Datum 1736.